

Per. Jul. Ind.	Mundi.	Anni Chr.	Ara Dioc.
5190 10. 3. 15 B	4460	477	194
5191 11. 4. 1 A	4461	478	195
5192 12. 5. 2 G	4462	479	196
5193 13. 6. 3 FE	4463	480	197

DE DOCTRINA TEMPORUM,

Evagrius scribit lib. 111. cap. xi. sed expulit, Liberato teste, ac Felice Papa Epist. 11.

Odoacer Herulorum rex a Nepotis fautoribus in Italiam accitus Romam obtinuit. Augustulum in Lucullano Campaniae castello exilii poena damnat. Ita Occidentale imperium concidit. Marcell.

Geisericus hoc anno mortuus videtur, cum regnasset annos xxxvii. Victor lib. 1. Procopius. Vand. 1. annos a capta Carthagine numerat xxxix. Hunericus ei succedit, qui Catholicis initio moderatum se praeiuit. Victor. Evaticus rex Gotthorum Arvernum frustra obfidet. Sidon. lib. 111. Ep. 1.

Sine Coss.

Simplicii 11.

Bracilam comitem Odoacer apud Ravennam occidit. Marcell. Hoc anno Indict. 1. Septemb. xxv. ingenti terrae motu Constantinopolis quassatur, quo strata sunt opera multa. Theoph.

Cedrenus ad annum Zenonis iv. terrae motum illum refert: & eodem anno Barnabae Apostoli corpus inventum in Cypro sub ceraso habens Evangelium Matthaei super pectus. Qua ex occasione Cyprus exempta est Antiochia, & Constantinopoli subiecta. Zeno intrusus a Basilisco Episcopis pulsus, Catholicos vel eiectos restituit, vel novos ordinari fecit. Imprimis Antiochia Petrus Cnaphcus exactus est: & in eius locum Stephanus subrogatus. quem Theophanes asserit a Petri fautoribus apud Zenonem Nestorianae haereseos accusatum coacta Laodicea Synodo innocentem pronunciatum, & restitutum.

Anastasio anno sedis suae xix. mortuo successus est Hierosolymorum Episcopus Martyrius Cappadox. Cyrillus in Euthymio.

Illus solus.

Simplicii 12.

Timotheus Solophaciolus eiecto Aluro, sedi restituitur Alexandrinae. Ex Simplicii Papae Ep. ix. data hoc anno, nisi superiore potius acciderit, & hoc anno renuntiata sit haec historia.

Egit autem apud Zenonem Simplicius, ut Petrus Mogus longius deportaretur, ut ex litteris constat. ubi dicit non posse Petro ne suum quidem Diaconatus ordinem constare: quod videlicet deponendus esset. At Annales N. xi. putant non constituisse utrum Diaconus fuisset. Quod minime procedit.

S. Lupus Trecentis cum jam lxx. annis Ecclesiae suae praefuisset, obiit iv. Kal. Aug. Martyr. Rom.

Zeno Aug. 111.

Simplicii 13.

Marcellinus Sabinianum quemdam Illyricanae militiae ductorem laudatissimum rem Romanam restituisse scribit, & Theodoricum regem apud Graciam debacchantem ingenio magis, quam virtute deterruisse. Fuit hic Theodoricus Triarii filius cognomento strabus, uxoris Asparis fratre genitus, qui cum Basilisco adversus Zenonem steterat, ab eoque post illius obitum defecerat. Theophanes.

Idem Theophanes ait Marcianum Anthemii quondam Imperat. Rom. filium Leontiae Verinae filiae, sororis Ariadnae conjugem, contra Zenonem rebellasse, quod imperium uxoris iure, quae Leone jam Imperatore nata erat, ad se potius, quam ad Zenonem pertinere diceret: Qui victo Zenone, cum se luxui & hilaritati dedisset. Illi fraude superatus est; captusque, & ab Acacio Patriarcha Presbyter consecratus est. Evag. lib. 111. cap. xxvi.

Stephanus Antiochenus Episcopus in baptisterio S. Barlaam martyris a Petri Fullonis asseclis calamis obacutis confoditur; eiusque corpus in Orontem demergitur. Evagrius lib. 111. cap. x. Theoph.

Zenonis Imper. iussu contra canones Antiochenis Episcopus ab Acacio Constantinopoli ordinatus est Stephanus. qua de re scripsit ad Simplicium Papam Zeno; & sine praedicio, aut posterorum exemplo factum id alleveravit. quod & Simplicius ea cautione probavit. Simpl. Ep. xiv. quae hoc anno x. Kal. Julias data est.

Basiliscus solus.

Simplicii 14.

Urbs regia per xi. dies continuos terrae motu quassata est inter cetera statua Theodosii M. in foro Tauri super cochlidem columnam posita corruit. Hunc formidolosum diem Constantinopolitani celebrant viii. Kalend. Octob. His Coss. Nepos, quem Orestes imperio abdicaverat, Viatoris, & Ovidae comitum suorum insidiis non longe a Salonis, sua in villa occisus est. Marcellinus.

Theophanes

Imp. Rom.	Olymp.	Urbis cond.	Ara Nab.
4	Olymp. 314	1230	1125
5	3	1231	1126
6	4	1232	1127
7	5	1233	1128

LIBER DECIMUS TERTIUS.

Theophanes refert, illum suasisse Zenoni, ut Verinam forcum eiecet. quam mittens Chalcedonem, postea in Parii castellum relegavit; ut ibi cum Marciano, & Leontia filia degeret. At illa Ariadnam filiam rogavit, ut a Zenone revocationem impetraret. Sed cum ad illum adire iussa nihil efficeret, percussore subornavit, qui ipsum fauciarum: & auriculam amputavit. Itaque Zeno percussore caeso, factum excusat, & eum *segrum* totius Orientis creat, cum amplissima potestate, & Ducis appellatione, ac dignitate.

Zenone, & Placidia id agentibus, Hunericus permittit Afris Carthaginiensibus, ut Episcopum eligerent. Ordinatus est Eugenius. Victor 11.

Urbs Arvernenis legatorum pacione Gotthis dedita. Jornandes.

Hoc anno, vel sequenti Chlodoveus v. rex Francorum inuit. Vide lib. xi, cap. 11. Natus erat annos fere xv. Nam xxx. regnavit, & xiv. atatis anno decessit. Gregorius Turon. in calce libri 11.

S. Benedictus nascitur. Leo Ostiensis l. i. Chron. Caff. cap. 1.

Placidus solus.

Simplicii 15.

Theodoricus Triarii F. rex Gotthorum usque Anaplum quarto Urbis milliario processit. Sed continuo reversus, cum in Illyricum properaret, jacentis super carpentum teli acumine fixus interit. Marcell.

Hunericus in Catholicos; sed multo magis in suos defavit. Victor 11.

Severinus.

Simplicii 16.

Stephanus Antiochenus Episcopus obiit; eique subrogatus est Calandio orthodoxus, ut ex Ep. xiv. Simplicii liquet.

Hoc eodem anno, mortuo Timotheo Alexandrino Episcopo Catholico, successus est Joannes cognomento Talaida orthodoxus; quem impulsu Acacii Zeno expulit, & Petrum Mogum restituit. Simplicius Papa Ep. xvii.

Antiochenis Episcoporum successio minus apud Scriptores liquido constat. Theophanes enim Indict. 1, (Is est annus Christi cccc.lxxviii, Illo solo Consule) Stephanum priorem pulso Petro Fullone creatum Antiochia Praefulem dicit. Anno vero post tertio, Indict. iv, Christi cccc.lxxxii, Stephanum priori mortuo successum esse scribit. qui ab Haereticis occisus est. cuius in locum Calandionem ordinavit Acacius. Nicephorus quoque in Chronico, eiectione Fullone Stephanum sedisse dicit annos 3, eique Stephanum alterum successisse, qui anno dumtaxat i. sedit. post quem ordinatus est Calandio. At Evagrius unum tantummodo Stephanum inter Petrum Fullonem, & Calandionem interponit.

Nos ex Simplicii Epistolis verisimilius arbitramur occisum esse Stephanum priorem Aprilis xxv, eique subrogatum Stephanum juniorem ab Acacio: ut indicat Simplicius Ep. xiv. quae data est post Consulatum Illi, nempe anno cccc.lxxxix.

At Calandio Stephano alteri successus est hoc anno; ut ex Epist. xvi. liquet, quae Severino Consule data est.

Hoc anno Theophanes refert Patricium illum cum Leontio, Pamprepe, & aliis in Papyrium castellum venisse: indeque Verinam Aug. eduxisse, egisque ut Tarfi in Cilicia Leontium Patricium Augustum coronaret. Quae & sacram ad Antiochenos, & ceteros Orientis praefectos misit: cum mandatis ut Leontium foverent. Vide & Evag. 111, cap. xvi.

Theodoricus cognomento Valamer utramque Macedoniam, Thessaliamque depopulatus est: Larissam quoque metropolim depradatus. Marcellinus.

Zeno impellente Acacio fidei formulam edicto promulgavit, quod *iswms*; id est *Conciliariorum* appellatum est, in quo tacita inerat Synodi Chalcedon. abrogatio. Evag. 111, cap. xxvi.

S. Severinus Noricorum Apostolus ex hac vita migravit. Sur. viii. Jan.

Fauftus solus.

XLIX. Pontifex Felix 1.

Joannes Talaida Alexandria pulsus ad Calandionem primum Antioch. Episcopum: inde Romam ad Simplicium pergit. Sed eo mortuo Felici successori se obtulit. Moritur enim Simplicius Martio ineunte, ut ait Anastasius, cum sedisset A. xv, M. v, D. x. Eo mortuo Basiliscus Praef. Præf. vices agens Odoacris, ante Felicis Part II. N n n electionem

Per. Jul. Ind.	Mundi.	Anni Chr.	Ara Dioc.
5194 14. 7. 4 D	4464	481	198
5195 15. 8. 5 C	4465	482	199
5196 16. 9. 6 B	4466	483	200

Imp. Rom.	Olymp.	Urbis cond.	Ara Nab.
8	Olymp. 315	1234	1129
9	7	1235	1130
10	8	1236	1131

DE DOCTRINA TEMPORUM,

Per. Jul. *O Ind.	Mundi.	Anni Chr.	Ara Dioc.
5197 17. 10. 7 AG	4467	484	201

electionem cogit Clerum, & iniquas ordinationes edidit. Felix Romanus v111. Martii creatur. Qui statim Henoticon damnat. Mox in causa Joannis Talaidæ & Petri Mogi cogit Concilium; ex quo legati mittuntur, Vitalis Troentinus, & Misenus Cumanus Episcopi, & Felix Romanæ Ecclesiæ Defensor, ut citaretur Romam Acacius, & ut Petrus Mogus pelleretur. Epist. Synod. Rom. Conc. Evag. lib. 111, cap. xviii. Scripsit autem Felix ad Acacium, & ad Zenonem.

In eadem Synodo, nisi sapius convenirent Patres, ex-auctoratus est Petrus Cnaphens inavor Antiochenæ sedis. qui in Trifagio addidit. Qui passus es pro nobis, &c. ut Eutychanus esset, ac Theopalcita. Ad eum multi, & inter alios Acacius, scripserunt.

Petrus Mogus Alexandria Henotico recepto natus, & modo Concilii Chalcedon. defensorem se proficitur, modo illud condemnat. Ob hanc ejus hesitationem plerique odio Synodi Chalcedon. ab ipso desiciunt. qui Acephali deinceps appellati, quod neque Catholicarum partium essent, neque cum Episcopo suo convenirent. Leontius de Sectis. Act. v.

At Liberatus Acephalos putat ideo dictos, quod Ephesina Synodo absoluta, in illo Cyrilli, & Joannis Antiocheni diffidio, ab utroque abhorrent.

Theophanes scribit hoc anno Verinæ Aug. litteris excitatos Orientales omnes Leontium Imperat. admisisse.

Marcell. Theodoricus rex Gotthorum Zenonis Aug. munificentis penè pacatus, Magisterque præsentis militiæ factus, Consul quoque designatus, creditam sibi Ripensis Daciæ partem, Mœsiæque inferioris cum suis satellitibus pro tempore tenuit.

Theodoricus. *Felicitas*
Venantius. 2.

Illus & Leontius Longinum Zenonis fratrem, & matrem ipsius è castello liberarunt. Verina porro illic morbo perit. Theoph.

Marcellinus refert Longinum Zenonis fratrem post decennalem custodiam, quam eidem Illus apud Isauriam infixerat, ad germanum suum Constantinopolim advenisse.

Mense Junio die 27, Ind. v11, Leontius tanquam Imperator Antiochiam ingressus est, & Præfectum Prætorio Liliannum constituit.

Zeno Joannem Scytham adversus Illum, & Leontium cum ingentibus copiis misit. Victi sunt isti, & se in Papyrium castellum receperunt cum Pamprepio magistro *zennæ*: cujus præstigijs illius annos in eo castello iv. perseverarunt. Theoph.

Misenus & Vitalis legati sedis Apostolicæ ab Acacio vexati, cum eo communicarunt, nec non cum Petro Mogo. Felix verò Defensor cum iis missus cum ob morbum substitisset, postea Constantinop. veniens in custodiam missus est. Liber. Diac. cap. 18. Evag. lib. 111, cap. xx, & xxi.

His auditis Felix Papa Romæ Synodum colligit; in qua producti Misenus & Vitalis, ac damnati sunt. Acacius quoque anathemate percussus, & Petrus Cnaphens. Epist. Synodi Rom. 11. sub Felice. Acacius verò flocci ista faciens Felicitas Papæ nomen erasit è diptychis. Monachi Acœmetæ, qui damnationem Acacii ejus vestigi in Ecclesiam prodeuntis affixerant, dira passi sunt. Niceph.

Felix Papa Joannem Talaidam Nolanæ præfecit Ecclesiæ. Liberatus cap. xv111.

Februario mense dira in Africa persecutio ab Hunerico contra Catholicos agitur. In ea plusquam cccxxiv. Episcopi exulate jussi: complures linguis manibusque truncatis integra nihilominus voce locuti sunt. Marcell. Victor lib. 111.

Anno v111. Hunerici jussi sunt Catholicis cum hæreticis congregari. sed vi ac fraude, sublati prius doctissimis quibusque. Catholicis verò libellum obtulerunt fidei suæ. Sed ab Hunerico clausæ sunt Ecclesiæ, & earum bona Episcopis Arianis addita. Eugenius in eremum Tripolitanae provinciæ relegatur. Victor.

Mortuus est hoc anno Evarix Gotthorum rex in Gallia. Nam ejus filius Alaricus xv11. agebat annum anno Christi dvi, Messala Cos. ut est in Agathensi Cone. sub Symmacho. Evarix ergo regnavit annos xx. Cæpit enim A. cccclxiv. Huic successit Alaricus. Hunericus eodem anno moritur, cum regnasset annos v11, M. x. Victor in fine libri 111. qui & Hunericum à vermibus corrosum asserit.

Imp. Rom.	Olymp.	Urbis cond.	Ara Nab.
11	iv	1337	1337
9		1337	1337

Per. Jul. *O Ind.	Mundi.	Anni Chr.	Ara Dioc.
5198 18. 11. 8 F	4468	485	202
5199 19. 12. 9 E	4469	486	203
5200 20. 13. 10 D	4470	487	204
5201 21. 14. 11 CB	4471	488	205

LIBER DECIMUS TERTIUS,

asserit. Successit Gundabundus Gentonis F. qui initio pacem Ecclesiæ restituit.

Symmachus solus. *Felicitas* 3.

Felix Papa plurimum laborat, ut Acacium ad officium revocaret. Gelaf. Papa in Commonit. ad Faustum.

Zenonis filius ad imperii spem, sed pessimè educatus moritur. Suidas.

Cum Petrus Cnaphens Cyprum juri suo jam olim exemptam, sibi subjicere vellet, anxio Salaminae Episcopo Anthemio S. Barnabas apparet, & locum ubi corpus suum latebat ostendit: quod cum Evangelio Matthæi supra posito reperit. Anthemius Constantinopolim ad Imper. accedens, cum Apostolicam esse suam Ecclesiam hac ratione probasset, causam obtinuit. Zeno Evangelium transferri Constantinopolim voluit. Historia exitar apud Surium Junii xi.

Xenaias, qui & Philoxenus, Persa origine, conditione servus, cum sub Calendione ab hero suo fugisset, postea à Cnaphæo Hierapolitanus factus Episcopus, primus contra sacras imagines nefarium dogma publicavit. Theophanes in Miscella. Anast. Diac. in Nicæna Synodo 11. ex Theodoro Lectore. Martyrius Hierosolym. Episcopus obiit, cum sedisset annos v111. Successit ei Sallustius.

Chlodoveus anno v. regni sui Syagrium Egidii Comitum filium Sueffionibus imperantem acie vicit. Qui ad Alaricum Wisigothorum regem confugit. Sed Chlodoveo reposcante, deditus, & ab eodem interfectus est. Quo tempore contigit, ut sacer urceus, quem Chlodovei milites rapuerant, à S. Remigio reperiretur. Gregor. Turon. lib. 11. cap. xxv11. & xxv111. Aimoinus lib. 1. cap. x11.

Longinus. *Felicitas*
Decius. 4.

Joannes Antiochenæ parœciæ ex Grammatico Presbyter contra Eutychanos scribit. Marcell. Sed idem Nestorianismi suspectus est ex Gennadio de Viris Illust. cap. xc111.

Petrus Fullo Antiochenæ inavor Ecclesiæ moritur. Huic suffectus est Palladius eadem contagione infectus, ex Presbytero Ecclesiæ S. Theclæ apud Seleuciam: cui Joannes Constantini F. & Anastasius Silentiarius suffragati sunt. Theophanes.

Chlodoveus Francorum rex Chlotildem Chilperici Burgundi Gundobaldi fratris filiam sibi conjugio copulavit: cum jam filium haberet è concubina Theodoricum. Gregor. Turon. lib. 111. cap. xxv111.

Clarebant in Gallijs per hæc tempora Remigius Remensis, & Patricius frater ejus Sueffionensis, & Vedastus post Atrebatensis, nec non Solennis Carnotensis Episcopi. Sigebertus.

Boetius solus. *Felicitas* 5.

Marcellinus. Theodoricus rex Gotthorum Zenonis Augusti numquam beneficiis satius, magna suorum manu usque ad regiam civitatem, & Melantiadem oppidum infestus accessit: plurimisque locis igne crematis, ad Novensem Mœsiæ civitatem, unde advenerat, remeavit.

Romæ celebrata est Synodus Episcoporum xxxv111. tertio Id. Maias de modo admittendorum in Ecclesiam rebaptizatorum in Africa. quod tum contigit, cum Hunerico mortuo, Episcopis & Orthodoxis ceteris exilia relaxata sunt à Gundabundo rege.

Odoacer Phæba rege Rugorum victo captoque potitus est. Cassiod. Chron. Eugipius in vita S. Severini refert ante v. annos S. Severinum eam prædixisse cladem Pheltheo, sive Phæbæ regi, qui cum uxore Gifa pessima femina captus est. Fridericus autem ejus filius ad Theodoricum confugit in Mœsia degentem.

Dinamius. *Felicitas*
Sifidius. 6.

Trocundus Illi frater ad Barbarorum delectum profectus, à Joanne Scythæ decollatus est. Ob id Illus Pamprepem interfecit. Theoph. Marcell. Leontius rex, & Illus tyrannus in Papyrio Isauriæ castello capti, decollatique sunt. capita Constantinopolim allata. Theophanes ait captos illos proditione fratris uxoris Trocundi, quem Zeno fraudulenter miserat.

Eodem anno Theodoricus rex omnium suorum multitudine assumpta Gotthorum in Italiam tendit. Marcellinus.

Procopius initio Gotth. lib. 1. scribit Zenone imperante, & Augustulo sub Orestis patris tutela in Italia, Barbaros.

Imp. Rom.	Olymp.	Urbis cond.	Ara Nab.
12 10	1236	1338	1338
13 11	1237	1339	1339
14 12	1238	1340	1340
15 13	1239	1341	1341

DE DOCTRINA TEMPORUM,

Per. Jul. Ind.	Mundi.	Anni Chr.	Æra Dioc.
5202 22.15.12 A	4472	489	106
5203 23.16.13 G	4473	490	107

baros, qui multi auxilio venerant, postulare ab Oreste ut tertia Italia totius agrorum pars sibi daretur. quod cum ille negasset, ab iis occiditur. Odoacer vero id se facturum pollicitus rex eligitur. qui cum x. regnasset annis, Theodoricus interim ex eo genere Gotthorum, *οἱ δὲ Θεοδωρικῶν δόντι βασιλεὺς κατόλιων*, nempe Theodosio M. Patricius & Consularis, cum adversus Romanos rebellasset, à Zenone persuasus in Italiam contra Odoacrem contendit: eumque acie victum Ravennam compulit. quam & tribus obsedit annis.

Acacius moritur cum sedisset annis xvii, M. ix. Huic subrogatus est Flavitas hæreticis favens, & nihilominus Catholicus videri volens. qui ad Felicem scripsit, & eodem tempore ad Petrum Mogum. quarum litterarum exemplar nactus Felix illius apocrypharios rejectit. Theoph.

Fridericus regis Rugorum filius à Theodorico, ad quem confugerat, adjutus, contra Odoacrem bellum movens regnum suum recuperat. Sed Odoacer germanum suum misit, qui inde illum expulit, ac gentem universam in Italiam transportavit. Eugipp. in vita S. Severini. qui & tunc corpus ejusdem in Italiam translatum esse refert.

Calandio S. Eustathii Antiocheni quondam Episcopi reliquias Philippis Antiochiam transtulit. Ita post c. annos Antiochenum schisma sublatum est. Theoph.

Eufebius. Felicitas 7.

Theodoricus, ait Marcell. rex Gotthorum occupavit Italiam. Odoacer rex Erulorum ab eo ad Isonium victus, ut ait Cassiodorus, deinde repetito conflictu in campis Veronenfibus magna strage deletus est. Jordanus.

Flavita mortuo Constantinopolitanus Episcopus creatus est Euphemius. qui Petrum Mogum detestatus, Acacii nomen expungere noluit. idcirco communionem Felicis Papæ non meruit. Niceph. xvi, cap. xix. Theophanes.

S. Epiphanius Ticinensis Episcopus his temporibus floruit. quem Theodoricus magno in pretio habuit. Ennodius in ejus vita.

Longinus 11. Faustus 8.

Theodoricus rex Odoacrem ad Ducam fluvium tertio conflictu superavit. Hic Ravennam confugiens triduo ibi est obsessus. Cassiodorus. Jordanus. Procop. 1. Goth.

In Africa Vandali persecutionem excitant adversus sacerdotes. in qua S. Fulgentius cum Felice Abbate suo multa ab Ariano presbytero passus est. Vita S. Fulgen.

S. Casarius Arelatenfis Episcopus de gratia, & libero arbitrio scribit. quod opus à Felice Papa commendatum fuit. Gennad. de viris Illust. cap. 86.

Concilium Arelatenfense videtur circa hoc tempus celebratum esse. In eo prolata est Epistola Fausti Regiensis ad Lucidum quendam: qui Prædestinatorum partes sequebatur, asserentium non omnes homines ad hoc creatos ut salventur; sed quosdam dumtaxat: reliquis, ne perseverent in bono, subtrahi gratiam. Fausti Epistola subscripti sunt xi. Episcopi: nec non Lucidus ipse.

Eodem anno celebrata est altera Synodus Lugduni Episcoporum xxvii, in qua nonnulla ad superioris Concilii capita adjici placuit. Ab ea Synodo impositas sibi esse partes de gratia & libero arbitrio scribendi Faustus significat Epist. ad Leontium. Verum ultra fines jaculo expedito multa ex Sempelagianorum errore scriptis suis immiscuit. Meminit Ado Viennensis. qui & Avitum Viennensem, & Joannem Antiochenum presbyterum contra hunc scripsisse memorat.

Claudianus S. Mamerici frater circa hoc tempus obiit, vir sanctitate ac doctrina præclarus. Sidon. lib. iv, Ep. xi.

Petrus Mogus Alexandria Episcopus moritur. cui substitutus est Athanasius hæreticus. Theophanes.

Euphemius Constantinop. Patriarcha Anastasium Silentiarium, qui Imper. postea fuit, Ecclesia ejecit, tamquam Eutychanum, & quod in Ecclesia sedens in cathedra turbas docere institueret, eversa cathedra, ni desisteret, extremam illi infamiam comminatus est. Idem & Zenonem liberè redarguit. Zeno cum à Mariano Comite, futurorum præficio didicisset ejus & imperii, & conjugii successorem fore quendam, qui in Schola silentiariorum

Imp. Rom.	Olymp.	Urbis cond.	Æra Nab.
16 14	Olymp. 317	1242	1237
17 15	11	1243	1238

LIBER DECIMUS TERTIUS.

Per. Jul. Ind.	Mundi.	Anni Chr.	Æra Dioc.
5204 24.17.14 B	4474	491	108

riorum meruisset, Patricium quendam ejus ordinis virum probum, ac prudentem & pium interfecit. Ob id à Præfecto Urbis Arcadio reprehensus est. quem cum Zeno jugulari jussisset, is ad Ecclesiam fugiens mortem effugit. sed illius bona publicata sunt. Theophanes.

Cedrenus addit ab eodem occisum Pelagium Patricium, virum prudentiæ, ac justitiæ; nec non bonarum artium, præsertimque poetices laude conspicuum; quod is Imperatorem redarguisset. qui cum moriturus esset, sublatis manibus Deum innocentie suæ testem appellavit, ab eoque vindictam expetiit. Theophanes. Meminit & Marcell. qui gulam ei fractam in Panormo insula refert. Ex Alexandrino Chronico colligitur Pelagium illum ipsum fuisse patricium, quem Anastasius, ne successorem haberet, occidit. Hunc enim à Silentiariorum schola ad Patricii dignitatem promotum esse Chronicon asserit. At Theophanes Patricii nomen prioris proprium facit, quem à Pelagio distinguit.

Clodoveus Francorum rex Thoringos sibi subjecit, anno videlicet regni sui decimo. Gregor. Turon. lib. iiii. cap. xxvii.

*Zenonis. 18
16
16*

Olybrius solus. Felicitas 9.
Zenon Augustus epilepsia correptus interit, cum identidem Pelagii nomen inclamaret. Theophanes. Evagr. iii. cap. xxix. Porro viventem hunc sepultum esse prodit Cedrenus, & cum ejus defossi vox lamentabilis exaudiretur, Ariadnam, quæ eo adhuc superstitie Anastasium adamarat, tumultum aperiri vetuisse. Vide & Zonaram Tom. iiii. Ann.

Imperavit annos xvii. M. vi. Marcell. Mortuo Zenone Longinus ejus frater, qui bis Consul fuerat, & Senatus princeps erat, homo stolidus, & ferus, ac libidinosus, Isaurorum, ac Longini Magistri militum satellitio fretus, cum imperium sibi certè imponeret, spe sua frustratus est. Nam Ariadna, cum toto Senatu, Anastasium Imperatorem fecit, Dyrrachio oriundum. qui Longinum in Isauriam remisit. Theophanes. Evagrius.

Euphemius Patriarcha cum Anastasio, tamquam hæretico, resisteret, tandem scriptam ab eo fidei professionem expressit, qua Synodum Chalcedonenfem approbavit. Ita coronatus ab Ariadna hanc ipsam conjugem duxit. Hujus inauguratione Manichæi, & Ariani gavisii sunt. Illi quod ipsius mater ejus esset sectæ studiosa. Ariani quod Clearchus ejusdem avunculus suarum partium fautor esset. Theophanes. qui hunc annum notat ab Adamo secundum Romanos 5999. secundum Alexandrinos 5983. Diocletiani 107. Incarnationis 483. Coronatum autem asserit Ind. xiv. Aprilis xiv. feria v. magna Paschatis. In altero Theophanis exemplari scriptum est Aprilis iv. utrobique mendose. Chron. Alexand. feria v. majoris hebdomadæ dumtaxat id factum refert. quæ hoc anno incidit in Aprilis xviii. Nam Pascha contigit April. xxi. Adjicit Chron. annum hunc esse *χρηματισμὸς ἁννοχίας* 537. De Græcis iisæ Computis vide lib. ix. cap. v. & vi.

Hujus Imperatoris initia magnam spem, & expectationem omnibus attulerunt. Nam multa præclarè constituit: iniqua tributa sustulit: magistratus gratis contulit. Cedrenus. Theodorus Lector.

Bellum plebecium inter Byzantios ortum, parsque urbis plurima, atque Circi igne combusta. Marcell.

Joannes Episcopus Colonia in Armenia monachus efficitur in S. Sabæ cœnobio: qui cognomento Silentiarium appellatus est. Cyrillus in vita S. Sabæ.

S. Patricius Hiberniæ primus Episcopus moritur annos natus lxxxii. cum ix. in Hibernia prædicasset. Marianus Scotus. At Probus vitæ ejus scriptor cxxxii. vixisse illum asserit, & S. Martini fuisse discipulum.

Joannes quidam Tabennesiora, qui Anastasium olim privatum è naufragio nudum receperat, ac fovemat, cum ad ipsum Constantinopolin maxima cum spe venisset, dissimilem ac Sylofen ille quondam à Dario beneficii sui fructum habuit. Nam ab ingrato Imperatore exilio damnatus Romam aufugit. Theophanes.

Odoacer cum Erulis egressus Ravenna nocturnis horis ad pontem Candidium à Theodorico memorabili certamine superavit. Tunc etiam Vandali pace suppliciter postulata à Sicilia solita deprædatione cessarunt. Cassiod. Jordanus.

Per. Jul. * Ind.	Mundi.	Anni Chr.	Era Dioc.
5205 25. 18. 15 ED	4475	492	209
5206 16. 19. 1 C	4476	493	210

Floruit hoc tempore Launomarus Carnotensis fundator cœnobii Corbionensis : & Maximus Aurelianensis fundator cœnobii Miriacensis (Miciacensem vulgò nominant) cujus discipuli fuerunt Carifus, & Avitus abates. Aimoinus lib. 1. cap. xvii. Maximinum illum vocat, & nepotem ait fuisse S. Euphicii.

Anastafius Aug. Rufus. *L. Pontifex Gelafius 1.*

Longinus Zenonis Imp. nuper mortui frater adversus Anastasium rebellat. quem is in potestatem adductum Alexandriam relegat, ibique Presbyterum ordinari jubet. quo in gradu septem annis perseveravit. Longinum portò alterum magistrum militum in ordinem redegit, nec non Isauros ob insolentiam in patriam sedem abire iussit. Longinus verò ex Magistro collecta barbarorum & latronum manu, cum pecunias haberet multas, quas in Isauria Zeno reliquerat, ab Imperat. defecit, Phrygiamque populatus per Nilingin ducem (Marcellinus Lilingin vocat) Isauriæ Præfectum, & Athenodorum Senatorii ordinis virum, ac Cononem ex Apameæ Episcopo militem factum, multas urbes expugnat. Contra hos missus est Joannes Scythia, qui illum, & Leontium vicerat, & Joannes Gibbus, ac Diogenes Scholarum comites. Prælio ad Cotyæum commisso, victi sunt Isauri; Nilingis occisus. ac nisi spoliis diripiendis victor immoratus esset, debellari hoc certamine potuit. Verum sex annis tractum hoc bellum fuit. Hæc ex Theophane, & Marcellino.

Euphemius Constantinopoli Synodo collecta Chalcedonenfem synodum confirmavit.

Felix Papa v. Kalend. Mart. obiit, cum sedisset annos ix. minus diebus xii. Fuit S. Gregorii magni avus, cujus meminit iv. Dial. cap. xvi. Post hunc Martii 2. creatus est Gelafius Afer. Anastaf.

Euphemius Constantinop. alioqui catholicus Episcopus: sed Acacii nomen expungere nolens, frustra Gelatio subrepere conatur, ab eoque communionem exprimere. Epist. 1. Gelafii. Idem Gelafius Dardaniæ Episcopus monuit, ut hæreticorum communionem vitarent: ad eosque misit Ursicinum. Ep. 11. & 111. Gelafii. Mortuo Sallustio Hierosolymorum Episcopo successit Elias vir sanctus. Cyrillus in vita S. Sabbæ.

Anastafius Imper. ex Acephalorum, & Hæzitantium secta, liberum cuique facit, quæ velit amplecti. Evag. 111. cap. xxx.

Albinus solus. *Gelafii 2.* *Theodorici.*

Vel cum collega Eusebio 11.

Cassiodorus solum Col. facit Albinum, quod & Gelafii subscriptio in Ep. vii. comprobare videtur. At Marcellinus collegam addit Eusebium.

Cum Diogenes Claudiopolim, quæ inter duos Tauros montes sita est, expugnasset, Isauri arctissima illum obfisione vallarunt. Sed extrema fame laborantibus Joannes d. xvi. adiuvit; qui angustiis superatis, Isauros profligavit. Quo in conflictu Conon Episcopus lethali accepta plaga paullo post moritur. Atque hæc secunda maximaque victoria ab Romanis reportata est. Theophanes.

Eodem anno Zamaphes Perotzis Perfarum regis filius Cabade pulso regnum occupavit: quod annis iv. obtinuit. Idem Marcellinus bellum civile Constantinopoli exarsisse memorat, ac regis, reginæque statuas dejectas, & per urbem tractas esse: Julianum quoque Magistrum militiæ nocturno prælio pugnans Scythico ferro in Thracia confossum interiisse.

Odoacer postquam tribus annis Ravennæ obsessus est à Theodorico, per legatos cum eo componit, uti ambo pari in Italia jure regnarent. Verum paullo post exitum ad convivium Odoacrem Theodoricus occidit. Procopius, Cassiod. Jordanus. Ita xvii. annos regnavit Odoacer. Sed post xiiii. ut S. Severinus prædixerat, res illius in pejus prolapsæ sunt. Eugip. in S. Sever. vita.

Theodoricus Anastafii Imper. amicitiam expetiit, nec non Chlodovei cujus sororem Audesendam duxit. quas autem ex concubina susceperat filias, alteram Alarico Wisigothorum regi: alteram Sigismundo Burgundionum collocavit. Cassiod. Ep. 1. Jordanus.

Gelafius Papa per Faustum Magistrum Officiorum Constantinopolim à Theodorico rege cum Irenzo missum Græcos ad officium revocare studuit. Sed is frustra cum Euphemio Episcopo Constantinopolitano istud egit. Ad Faustum Gelafius Communitorium misit, in quo quemadmodum Græcorum objecta reselleret admonuit. Kal. Nov. Scripsit

Imp. Rom.	Olymp.	Urbis cond.	Era Nab.
2 17	14	1245	1240 April. 22.
3 1	Olymp. 318	1246	1243

Per. Jul. * Ind.	Mundi.	Anni Chr.	Era Dioc.
5207 27. 1. 2 B	4477	494	211
5208 18. 2. 3 A	4478	495	212

Scripsit & Episcopus Piceni, & Honorio Dalmatiæ Episcopo contra Pelagianos. Epist. v. vi. & vii.

Sigebertus anno secundo Gelafii notat inventam esse cryptam S. Michaelis Archangeli in Gargano monte.

Asterius Præfidius. *Gelafii 3.*

Anastafius Imp. contra orthodoxos prælia commovere cepit: ac primùm Euphemium aggressus est. Marcellinus. Id verò Theophanes copiosius ita narrat. Longinus quidam Selinuntius Antiochiæ in Isauria degens admissis Isauris montium angustias occupavit una cum Athenodoro. Anastafius Isaurici belli tædio victus pacis se cupidum esse clam Euphemio significavit. Hic Joanni Patricio Athenodori socero consilium Imperatoris aperuit. Quod cum Anastafius de Joanne rescivisset, capitale in Patriarcham odium concepit. Exinde bis à sicariis appetitus est Euphemius, & eorum insidiis creptus. Tandem Anastafius expressam à se fidei professionem ab Euphemio extorsit. Theophanes, & Cedrenus.

Laodicea, Hierapolis, Tripolis, atque Agathicum uno tempore, unòque terræ motu collapsæ sunt. Marcell.

Anastafium Imperatorem Gelafius datis litteris frustra officii sui commouit. Idem Romæ Synodum Episcoporum lxx. celebravit; in qua Canonici Scripturæ libri, tum Oecumenica Concilia; nec non Sanctorum Patrum scripta Apostolico decreto roborata sunt, & à spuris, & apocryphis secreta.

Theodoricus cum adversus Erulorum fautores, præsertim Ligures acerba decreta sanxisset, ab SS. Episcopis Epiphano Ticinensi, & Laurentio Mediolanensi placatus est. Postea Epiphanius à Theodorico rege ad Gundebaldum Burgundionum regem missus est, ut Italos captivos redimeret. quod & feliciter præstitit. Ennodius in Epiph.

Idem verò Gundebaldus à S. Alcimo Avito Viennenfi Episcopo Arianam deductus hæresin, publicè tamen profiteri Catholicam fidem noluit. Greg. Turon. lib. 11. Hist. Franc. cap. xxxiv.

Hoc anno S. Benedictus relição paterno lare cum nutrice secessit, annos natus xiv. Leo Ostiensis lib. 1. cap. 1. Vide S. Greg. lib. 11. Dial.

Chlodoveus Francorum regnum Sequanam usque dilat. Sigebert.

Viator solus. *Gelafii 4.*

Euphemius Constantinopolitanus antistes ab Anastasio principe in ordinem redactus, & in exilium missus est. Huic Macedonius suffectus est, qui Hænotico subscripsit. Marcellinus. Theophanes. Theodorus Lector. Cedrenus.

Romæ Synodus à Gelasio celebratur 111. Id. Maii, in qua Misenus olim Apostolicæ sedis legatus, & Acaciana communione tempore Zenonis anno 484. infectus, cum Ecclesia reconciliatur, cum jam Vitalis in excommunicatione mortuus esset.

Gundabundus rex Wandalorum moritur anno regni sui xii. cui successit frater ipsius Thrasamundus, qui Catholicis mitiorem se præbuit. Procop. lib. 1. de bello Wandal.

Eodem ferè tempore mortuus est S. Eugenius Carthaginiensis Episcopus: qui à Gundabundo relegatus in Gallias, in Albigenfi oppido decessit. Gregor. Turon. lib. 11. Hist. Franc. cap. 111.

Chlodoveus Francorum rex cum à Chlotilde regina sæpius frustra de amplectenda Christi fide moneretur, hoc tandem anno in prælio, quod ad Tolbiacum in Ubiis adversus Alemannos gessit, cum ejus acies periclitaretur, Christianum se fore sponddit. Victis hostibus, occurrente Chlotilde in Remorum civitatem pervenit, ubi à S. Remigio baptizatus est. Cum eo præterea tria circiter de ejus exercitu millia conversa: nec non foror ejus Albofledis; quæ paullo post obiit. item Lanthildis altera foror ex Ariana hæresi ad Catholicam professionem transiit. Gregor. lib. 11. cap. xxxi. Aimoinus lib. 1. cap. xix.

S. Remigius multis sibi à Chlodoveo collatis opibus, earum partem Laudanensi Ecclesiæ impertiit, in qua & Episcopali sede constituta primum in eam Episcopum imposuit Genebaudum. quem & postea, quod uxore, quam dimiserat, usus esset, septennali penitentia mactatum sedi suæ restituit. Sigebertus.

Imp. Rom.	Olymp.	Urbis cond.	Era Nab.
4 2	11	1247	1242
5 3	111	1248	1243

DE DOCTRINA TEMPORUM,

Per. Jul. & Ind.	Mundi	Anni Chr.	Æra Dioc.	Imp. Rom.	Olymp.	Urbis cond.	Æra Nab.
5209 1. 3. 4 G F	4479	496	213	6 4	17	1249	1244 Apr. 11
<p><i>Paulus solus. Gelafius 5. xxx. Anastasii 1.</i> Hic Anastasii Imper. frater fuit, qui Augustatico ante militibus præfesto, donativum hoc fratre Consule tribuit. India Anastasio principi Elephantum, duasque Camelopardales pro mupere misit. Marcellinus. Arabes Scenitzæ Euphratesiam infestantes, ab Eugenio duce comprimuntur. Romanus quoque militarium in Palæstina copiarum ductor, victis Barbaris, Jotaben insulam in Arabico sinu recuperavit. Theophanes. Gelafius Papa xi. Kal. Decemb. excessit è vita, postquam sedit annos iv. M. viii. D. xix. Scripsit hic inter alia adversus Andromachum Senatorem, ceterosque Romanos, qui Lupercalia pristino more celebranda constabant. Mortuo Gelasio subrogatus est Anastasius Romanus iv. Kal. Decemb. S. Epiphanius Ticinensis Episcopus obiit. Ennodius. Gunderichus rex Burgundionum ex genere Athanarici regis persecutoris, quatuor filios reliquerat, Gundobaldum, Godegisilum, Chilpericum, & Godomarum. Gundobaldus Chilpericum fratrem, & ejus conjugem interfecerat. cujus filiam Chrothildem, vel Chlothildem duxit Chlodoveus. Hujus hortatu, nec non Godegisili precibus adductus Chlodoveus, interposita tributæ pactione, Gundobaldo bellum intulit. quem & prodicione Godegisili fratris ipsius acie victum sub ditionem redogit. Digressio Chlodoveo, Godegisillus Vienna à Gundobaldo nec opinatò circumventus occiditur. Gregor. Turon. lib. iii. Hist. cap. xxxii. & xxxiii. <i>Anastasio Aug. solus. Anastasio 2.</i> Bellum Isaurorum hoc sexto anno sedatum est. Athanodorus Isaurorum primus in Isauria captus decollatusque est. caput ejus Tarsum allatum, & pro portis hastili fixum extabit. Marcell. Anastasius Pontifex ad Imperatorem legatos misit S. Germanum Episcopum Capuanum, & Cresconium Tudertinum, cum litteris, quibus Acacii nomen abrogari petiit. Mortuo Athanasio Episcopo Alexandrino hæretico suffectus est Joannes eadem labe hæresis infectus. Liberatus. <i>Joannes Scytha. Paulinus. II. Pontifex Symmachus 1.</i> Longinus Isaurus cognomento Selinunteus apud Antiochiam Isauriz civitatem à Prisco Comite captus Constantinopolim missus est, catenatusque per Agentem circumductus, Anastasio principi, & populo ingens spectaculum fuit, variisque deinde cruciatibus Nicææ in Bithynia carnificatus est. Numis, quos Romani Terentianos vocant, (Quidam terentianos legunt.) Græci follares, Anastasius princeps suo nomine figuratis, placibilem plebi commutationem distraxit. Marcellinus. Est autem Longinus iste ab Zenonis fratre diversus; tamen & iste rebellavit. Verùm hic in Episcopatu mortuus est; ille ab Anastasio supplicio affectus: uterque ut & Zeno, in Isauria natus. Ita quidem Theophanes. At Evagrius lib. iii. cap. xxxv. Longinum priorem Imperatoris germanum à Joanne Scytha victum esse dicit, ejusque caput, ut & Theodori, ad Imperat. esse missum, ac demum quinque millia librarum Isauris persolvi desistisse. Ingens Constantinopoli seditio populi contra Imper. fuit: & multi in ea cæsi. Chron. Alex. Macedonius Constantinopolitanus antistes de sententia Imperatoris regis urbis monasteria, quæ, quod Henotico subscribere nolent, ab ejus se communione segregarant, frustra sibi adungere conatus est. Itaque Imperatori auctor fuit, ut quæ in Chalcedonensi Synodo rectè constituta essent, ab Episcopis, qui Constantinopolim erant, subscriptione firmari juberet. Monachos verò periculi desistit, ac suæ potestatis reliquit. Enituit & feminarum constantia; præsertim Matronæ & Sophiæ, quæ cum suis virginibus ad Henotici professionem adigi nulla ratione potuerunt. Theophanes. Palladio Antiochiz Episcopo mortuo Flavianum Presbyterum, & apocrysiarium ejusdem Ecclesiæ suffectum esse, idem auctor est Theophan. Festus quidam Romanus Senator ad Anastasium à rege Theodorico missus, confectis negotiis obtinuit ut SS. Petri, & Pauli festum majori, quam hætenus, cultu celebraretur. Per eundem quoque Macedonius Synodicas ad Anastasium dare volens ab Imperatore prohibitus est. Porro</p>							
5210 2. 4. 5 E	4480	497	214	7 5	Olymp. 319	1250	1245
5211 3. 5. 6 D	4481	498	215	8 6	11	1251	1246

LIBER DECIMUS TERTIUS.

Per. Jul. & Ind.	Mundi	Anni Chr.	Æra Dioc.	Imp. Rom.	Olymp.	Urbis cond.	Æra Nab.
5212 4. 6. 7 C	4482	499	216	9	111	1252	1247
5213 5. 7. 8 BA	4483	500	217	10	112	1253	1248 April. 20.
5214 6. 8. 9 G	4484	501	218	11	Olymp. 320	1254	1249

Porro Festus clam Imperatori pollicitus est, effecturum se uti Henotico Romanus Papa subscriberet. Sed Romanus reverfus Anastasium jam excessisse reperit. Obiit enim hoc anno xvi. Kalend. Decembris, cum sedisset annos duos, minus diebus vii.
 Igitur Festus corruptis pecunia plerisque Laurentium quemdam eligendum curavit, cum à saniori ac potiori parte Symmachus esset electus. Exinde cades in Urbe, & gratulationes factæ. ad quas inhibendas placuit ex lege Odoacris regis, comitorum judicium ad Theodoricum rejicere. Is Symmachum anteposuit. Theodorus Lector, & Theophanes: qui tamen tribus annis in Urbe tumultum durasse referunt; ac demum Theodoricum Afrum coacta Episcoporum Synodo secundum Symmachum pronunciasse; Laurentium verò Episcopum Nuceriæ fecisse. Sed id anno sequente contigit.
 Joannes cognomento Silentiarius sub sanctissimi Sabæ disciplina ex Episcopo monachus degens, & ignotus hoc anno innotuit. Cyrillus.
 Solem hoc anno defecisse Marcellinus asserit.
Joannes Gibbus solus. Symmachi 2.
 Ariflus Illyricianæ ductor militiæ contra Bulgaros Thraciam populates infeliciter pugnat ad Zurtam fluvium. Cæsa sunt iv. millia Romanorum. Eodem tempore ingens terræ motus Ponticam concussit. Marcell. Igitur Bulgari hoc anno prodire coperunt. quod & Theophanes, & Miscella lib. xv. refert. Eadem terræ motus meminit, ut & Theodori Collectanea ubi & illud memorie proditur, Neocæsaream magna ex parte collapsam, stante nihilominus æde, in qua S. Gregorii Thaumaturgi reliquæ servabantur.
 Anastasius tributum, quod Chryfargyrum vocabant, sustulit. quod tam capitibus singulis, quam jumentis, & pecoribus, imò & canibus: urinx quoque & fimo erat impositum: *ὀπίθ' ἕως ἃς ἠσπείλας*, ait Cedrenus: (Xylander *ἕως μύλων* perperam interpretatus est. Nam & urinx vectigal instituit Vespasianus. Suetonius cap. xxiiii.) Theoph. Evagrius lib. iii. cap. xxxix. fufius id narrat; & tributum genus istud à meretricibus, & exoletis refert exactum: adeo ut præpostere libidini hoc modo licentia facta videretur.
 Idem porro Imperator venationes Amphitheatrales abolevit: & Magistratus vanales esse vetuit. Theodorus Lector. Theophanes, Cedrenus.
 Synodus Romæ à Symmacho Papa celebratur Kalend. Martii in Basilica S. Petri, de tollendo ambitu in comitiis Pontificalibus. cui Cælius Laurentius Archiepiscopus tituli S. Praxedis subscripsit ille ipse, qui Schisma fecerat. qui quidem Nucerinus Episcopus factus est. Anastasius Biblioth.
Patricius. Hypatius. Symmachi 3.
 Saraceni Phœnicen, & Syriam incurfant. Theoph. Theodoricus cunctorum votis expetitus Romam advenit, ubi & S. P. Q. R. munificentia demeruit, & certam ad reficiendos muros pecuniam attribuit. Cassiodorus.
 S. Fulgentius Romam venit ad limina Apostolorum. Acta ejus apud Sur. Jan. i.
Pompeius. Avienus. Symmachi 4.
 Constantinopoli ludis theatralibus factionum studiis exardescens cades ingens facta; qua tria circiter millia civium occisa sunt. Marcell.
 Cum Arabibus Saracenis pacem Anastasius fecit: itaque sua Orienti tranquillitas reddita. Theophanes.
 Romæ Synodus habita est in causa schismatis à Laurentio concitati. cujus historiam ita digerendam putamus. Cum schismatici nullum tumultuandi finem facerent, Theodoricus Romanæ civitatis paci prospiciens, Visitatorem, uti Clerici quidam, & Laici postularent, mittere instituit. Sed renitentibus aliis, tandem Episcoporum Synodum indixit, ex Liguria, Æmilia, & Venetis. Qui initio refragati sunt, regique suggererunt, non posse supra sedis antistitem, cujus esset convocandi Concilii partes, inferioris ordinis Episcoporum judicio subijci. Sed cum Theodoricus id consensu Symmachi fieri dixisset, Romam adveniens in basilica Julii convenerunt. Eò & Symmachus sponte venit; seque illorum judicio subdidit. Verum Patres nihil de finire ausi, legatos ad Theodoricum dirigunt; atque inter cetera postulant, uti Ravennæ conventus haberetur; ut ne præsentem rege Schismatici
 Pars II. O o o turbare

DE DOCTRINA TEMPORUM,

5215 7. 9. 10 F	4485	502	219
-----------------------	------	-----	-----

turbare quicquam auderent. Theodoricus vero iv. Kalend. Augusti, rescribens nequaquam illorum postularis annuit. (quod ipsum legatorum negligentia Patres tribuunt.) Proinde iussit ut omnino Romae negotium deciderent. Rursum itaque conveniunt Episcopi; sed cum nihil decernerent, ac regem iterum interpellarent, Schismaticorum, ut opinor, factionibus impediti; misit ille Comites à Palatio Aligerum, & Gudilam, ac Vedcillum Majores domus regiae, qui seditiosos compellerent, vi. Kalend. Septembris. Ita tertio Patres in Hierusalem basilica Sessoriani Palatii conventum habuerunt; ad quem Symmachus causam dicturus accessit. Sed irruentibus Schismaticis, ac plerisque ex eius comitatu vulneratis, aegre ipse Comitum interventu ex illorum manibus elapsus est: nec amplius citatus adeste voluit. Qua de re Patres ad Theodoricum retulerunt. Eo vero in proposito perseverante, demum x. Kalend. Novembris, damnato Laurentio, & ejus asecclis, secundum Symmachum dicta ab illis sententia est.

Probus.
Avienus.

Symmachi
5.

Bulgari Thraciam nullo prohibente vastant. Amidam opulentissimam civitatem Monachorum prodicione Cabades Persarum rex occupat, ejusque proditores obruncat. Marcellinus. Theophanes refert Cabadem mutuas ab Anastasio pecunias postulasse. quibus non impetratis, sedus illud violasse, quod à Theodosii junioris tempore servatum erat: ac primum Armeniam incurvasse, & Theodosiopolim Constantino prodente cepisse: tum in Mesopotamiam impressione facta, Amidam tribus obsessam mensibus, Monachorum perfidia tandem obtinuisse.

Romae Synodus quarta sub Symmacho Palmaris dicta celebratur viii. Id. Novembris. in qua Symmachi electione confirmata, Odoacris Herulorum quondam regis sanctio est abrogata. qua decreverat ut Romani Pontificis electio non sine consensu regis fieret. Hanc ego Synodum libenter in annum antecedentem conicerem. Nam videtur post absolutum Symmachum conventus iste habitus. Verum cum prior Pompeio & Avieno Coss. hac Avieno juniore inscripta sit, ideo nos ambas tempore disjuximus.

Desideratus.
Volusianus.

Symmachi
6.

Anastasio Imperator ingentem contra Persas exercitum misit, cui duces praesidere tres, Patricius, Hypatius Secundino patre, & Anastasii forere genitus; & Areobinda Dagalaipho, & Godistea Ardaburi filia natus. Qui initio re praclare gesta, victisque Persis, & eorum occiso duce, ac fugato rege; orta demum inter eos discordia, rempublicam pessumdederunt. Itaque pacem à Barbaris redimere coacti sunt. Marcellinus. Theophanes.

Orta in equestribus spectaculis inter factiones seditione, cum alii complures occisi sunt, tum Anastasii filius, quem ex pellice susceperat: quam ob causam ira succensus ille in multos animadvertit. Theoph.

Romae quinta sub Symmacho Synodus habetur contra Schismaticos, qui palmari praesertim Synodo audebant obloqui. Inscriptus ejusdem Concilii Actis Ennodii liber fuit, quo is Schismaticorum objecta refellerat.

Cethegus solus.

Symmachi
7.

Celer Magister Officiorum vir strenuus, adversus Persas ab Anastasio missus rem egregie gessit. Marcellinus. Theophanes.

Romae sexta sub Symmacho Synodus celebratur contra Ecclesiasticorum bonorum occupatores.

S. Equitius hoc tempore floruit. S. Greg. lib. i, Dial. Africani Patres Ecclesis vacuis pastores ordinant. S. Fulgentius tum Ruspensis Episcopus factus est. Qui cum aliis antistitibus à Thrasamundo rege persecutionem excitante relegatur in Sardiniam. Ejus Acta.

Theodoricus victis Bulgaribus Sirmiacensem Pannoniam sibi subjecit. Cassiodorus.

Sabinianus.
Theodorus.

Symmachi
8.

Hoc anno bello Persico finis imponitur. Nam Cabades multis à Celere cladibus affectus, & Cadusiorum defectione coactus pacem cum Romanis pepigit. quibus Amidam, aliaque oppida restituit. Theophanes.

Joanne Alexandrino Episcopo mortuo suscectus est Joannes Nicæotes. Liberatus Machaotam vocat.

Sabinianus

5216 8. 10. 11 E	4486	503	220
------------------------	------	-----	-----

5217 9. 11. 12 DC	4487	504	221
-------------------------	------	-----	-----

5218 10. 12. 13 E	4488	505	222
-------------------------	------	-----	-----

Imp. Rom.	Olymp.	Urbis cond.	Era Nab.
12	11	1255	1250

13	111	1256	1251
----	-----	------	------

14	111	1257	1252 April.
----	-----	------	----------------

15	Olymp. 311	1258	1253
----	---------------	------	------

LIBER DECIMUS TERTIUS.

5219 11. 13. 14 A	4489	506	223
-------------------------	------	-----	-----

5220 12. 14. 15 G	4490	507	224
-------------------------	------	-----	-----

5221 13. 15. 1 FB	4491	508	225
-------------------------	------	-----	-----

Sabinianus Consul contra Mundonem Getam dimicans fodam cladem accepit. Marcell.

Sub hoc tempus Chlodoveus hortatu conjugis suae Ecclesiam in honorem SS. Petri & Pauli cepit extruere: quae nunc S. Genovefae dicitur. Hinemarus in vita S. Remigii.

Areobinda.
Messala.

Symmachi
9.

Anastasio consilii status multas propriam in foro Tauri collocavit. Marcell.

Idem Macedonium Episcopum Constantinopolitanum ad haeresim suam conatus est adducere, ac renitentem vexare instituit. Item Xenaiam, sive Philoxenum Manichaeorum principem in urbem introduxit. Sed Macedonio illius communionem averfante, ac populo tumultuante noctu eundem subduxit. Macedonius sicario cuidam, à quo appetitus erat, menstruum annonam dari iussit, indeque mansuetudinis laude claruit. Theophanes.

Anno Alarici Wisigothorum regis secundo & vigesimo prope completo, Agathae in Narbonensi Gallia Synodus habita iv. Id. Septembris, in qua multi ad constitutam Ecclesiae disciplinam sanciti Canonibus.

Eodem anno Chlodoveus Francorum rex, cum Alarico bellum iuduxisset, acie cum eo congressus in campo Vocladensi, manu sua illum occidit, ac fuso ejus exercitu, misso Theodorico filio, magnam illius ditionis partem obtinuit. Ruthenos enim, Cadurcos, & Arvernos ille subegit, & ad patrem, qui in Burdegalesi urbe hiebat, victor reversus est. Vide Gregor. Turon. lib. 11, cap. xxxix. & Aimoinum lib. 1, cap. xxi, & xxii. Alaricus porro xxxii. annos solidos regnavit, ut idem Gregorius narrat.

Amalaricus vero filius Alarici Hispaniam in potestate sua retinuit. Exstant apud Cassiod. lib. 111. Var. initio aliquot epistolae Theodorici Gotthorum in Italia regis ad Alaricum, Chlodoveum, & Gundibaldum Burgundionum regem, qui cum Chlodoveo conspirarant, quibus ad pacem omnes hortatur.

Hunc annum Chlodovei victoriae, & Alarici mortis, adeoque Tolosano Gotthorum imperio praesertim Gregorium secuti: qui Alarico duos tantum & viginti annos tribuit, & quinto ante Chlodovei obitum anno id accidisse memorat. Quae autem in Annalibus contra Gregorium afferuntur argumenta, annis duobus consequentibus facile dissolventur.

Circa haec tempora S. Genovefa octogenaria major excessit à vita, sepultaque est in aede SS. Petri & Pauli, quae hodie ab illa nomen accepit. Sur. 111. Jan.

Anastasio Aug. 111.
Venantius.

Symmachi
10.

Anastasio sine collega ponit Marcellinus. Cassiodorus Venantium addit.

Chlodoveus appetente vere Tolosam petiit. Indequae thesauris Alarici sublati, Engolismam, divinitus subversis illius muris, obtinuit. ac Turonos reversus est. Gregorius & Aimoinus locis citatis.

Anastasio cognitis rebus à Chlodoveo gestis codicillos Consulatus ad eum misit, qui Turonis in basilica S. Martini tunica blattea indutus est, & chlamyde; ac vertici diadema imposuit. Quin & aurum argentumque manu sua populo sparsit. & ab ea die tamquam Consul, & Augustus est vocitatus. Nimirum insignia Consulatus accepit. Postea Parisios veniens ibi sedem regni constituit. Gregor. lib. 11, cap. xxxviii. & Aimoinus.

Daras oppidum Mesopotamiae in limite Persici & Romani imperii munivit Anastasio, & Anastasiopolim nominavit. Theophanes. Evagr. lib. 111, cap. xxxvii.

Gisalaricus Alarici spuris Narbone princeps efficitur. Isidorus Chron. Quod necesse non est eodem anno, quo Alaricus obiit, accidisse.

Celer.
Venantius.

Symmachi
11.

Theodoricus Gotthorum rex comparato exercitu Hibbam Comitem in Gallias destinat. qui Francos ingenti clade cecidit, occisus in praelio plus xxx m. Francorum, ait Jordanus. Cassiod. Chron. Procopius lib. 1. Goth. scribit Francos Carcafontae obsidionem solvisse; & omnia Narbonensi Gallia, Aquitaniam obtinuisse; eamque partem Theodoricum, quod inde eos pellere non posset, illis reliquisse. Potuit autem Theodoricus anno interjecto post Alarici mortem expeditionem istam suscipere.

Paris II.

Ooo 2

ut

Imp. Rom.	Olymp.	Urbis cond.	Era Nab.
16	11	1259	1254

17	111	1260	1255
----	-----	------	------

18	111	1261	1256 April. 22.
----	-----	------	-----------------------

DE DOCTRINA TEMPORUM

Per. Jul. Ind.	Mundi.	Anni Chr.	Era Dioc.
5222 14. 16. 2	4492	509	226
5223 15. 17. 3	4493	510	227

ut ex eo conjectura satis firma duci nequeat, Alaricum proximè antecedente anno mortem obiisse. Sic igitur Theodoricus Wisigothorum ditionem in suam potestatem redegit, eamque Amalarici pupilli nomine per Præfectos suos administravit. quemadmodum & Hispaniam, ut ex Cassiodori Variis constat.

Arelatenfis civitas diu à Francis obsessa, & à Gothis validè propugnata est. qua in obsidione S. Cæsarii & in captivos inopelque benignitas, & in tolerandis injuriis patientia, & fortitudo insignis eluxit. quam Cyprianus in ejus vita recenset.

Chlodoveus Parisiis gravi ægritudine correptus à S. Severino Abbate liberatur. Apud Sar. xi. Feb. in vita S. Severini. Aimoinus lib. 1. cap. xxiv.

Anastasius Flavianum Antiochenum Episcopum Henotico subscribere coëgit. Quin & Xenaias impius Manichæus Leonem Papam; unà cum Chalcedonensi Synodo damnavit. Elias Hierosolymorum Episcopus Imperatori parere noluit. Theophanes. Sed Monachorum Palæstinorum ad Alcisonem Epistola, quam descripsit Evag. lib. 111. cap. xxxi. ubi fusè res tota narratur, de Flaviano aliud suadet. Nam Xenaiam refert omnia Chalcedonensis Synodi mentione, Dioscori, Theodori, Theodoret, Ibæ, aliorumque damnationem ab eodem extorfisse. Cum autem & Synodi eurationem impetrare vellet, nequaquam adigere potuisse.

Circa hoc tempus bellum secundum inter Chlodoveum, & Gundibaldum Burgundionum regem gestum videtur. quando Franci cum Ostrogothis adversus illos conspirarunt. Sed moram consultò trahentibus Gothi, Franci interim Burgundiones superant. Ita supervenientes Gothi placatis in eadem in prædæ partem venerunt. Procopius lib. 1. de bello Goth. Cassiod. lib. viii. Ep. x. Gundibaldus undique pulsus in Italiam confugiens miserè perit. Sigismundus Gundibaldi filius Burgundionum imperii reliquias obtinuit; ac fidem Catholicam S. Aviti Viennensis opera complexus est. Meminit ejus pietatis S. Gregorius Turon. lib. 111. cap. v.

Opportunus U. C. Symmachi 12.

Cassiodorus Importunum vocat.

Chlodoveus Francorum rex in propinquos suos sævit, Chararicum, Sigebertum, & Ragnaricum Cameraci regnantem; eorumque ditiones occupavit.

Hæretici monachi ducenti ab Oriente Constantinopolim cum Severo impio hæretico profecti ab Anastasioque Imperatore honorificè suscepti, contra Macedonium, & Chalcedonensem Synodum tumultus concitarunt. Joannes verò Alexandrinus Episcopus duo millia librarum Anastasio pollicitus est, si Chalcedonensem Synodum penitus aboleret. Instante igitur apud Macedonium Imperatore, negavit is citra Oecumenici Concilii decretum, cui Romanus Pontifex præset; hoc se posse facere. Ob id commotus in illum Imperator *δ' αουδίας* privilegia ab Ecclesiis Catholicis ad hæretica conventicula transtulit. Interim Catholici Palæstinæ Monachi, audito Severo Constantinopolim irrupisse, fidei ardore succensi eodem accelerant. Dorotheus porro Monachus Alexandrinus pro Chalcedonensi Concilio ingens volumen elucubravit, & Imperatori per Magnam illius fratris conjugem Catholicam feminam obtulit. Hujus erat hæc inscriptio: *τη θεωρητικη, ητοι μετ' οθηλια δ' νου καταστασις, Τραγηδια ηνε Προφητια παρσεντις status.* Ob id in Oasin ille relegatus est. Macedonius interim Flavianum Antiochenum, & ejus apocristarios, ceterosque, qui contra Synodum insurrexerant, anathemate damnavit. Deuterius Arianorum apud Constantinopolim Episcopus, cum Barbarum quendam hac verborum formula contra traditionem Ecclesiasticam baptizaret: *Baptizetur Barbarus in nomine Patris per Filium in Spiritu sancto*, ex fonte baptisterii aqua statim evanuit. Theophanes. Theodorus Collect. Sed de Flaviano relegæ quæ anno superiore dicta sunt.

Hoc initium fuit Severi nefandi hæresiarchæ, qui antea Synodi propugnator erat, & apocristarius ex Monacho Constantinopolim missus est: ut ait Liberatus in Breviario, cap. xix.

Orto Constantinopoli incendio, porticus, & insignia quadam opera consumpta sunt. Marcellinus.

Boërius solus. Symmachi 13.

Theophanes Sidone in Phœnicia pseudosynodum Imperatoris nutu celebratam refert; in qua Chalcedonensis damnata Synodus. Sed eam paullo post ab eodem Anastasio

Imp. Rom.	Olymp.	Urbis cond.	Era Nab.
19	Olymp. 322	1264	1257
20	11	1265	1258

LIBER DECIMUS TERTIUS.

Per. Jul. Ind.	Mundi.	Anni Chr.	Era Dioc.
5224 16. 18. 4	4494	511	228

stasio per Eutropium Tribunum dissolutam. qui Flavianum Antiochenum, & Eliam Hierosolymitanum coëgit, uti Chalcedonense Concilium respuerent. Flavianus tribus Synodis & Henotico subscribens nullam Synodi mentionem fecit: Elias nominatim damnavit. Anastasius verò per turbulentos Monachos Flavianum compulsi, ut cum Synodo Chalcedonensi Diodorum Tarsensem, Theodorum Mopsuestenum, Ibam, & Theodoretum damnaret. Interim Constantinopoli in palatio, in Archangeli Michælis æde per desertores Monachos, & conductos homines Trisagium hymnum cantari fecit Anastasius cum nefaria hac appendice: *Quicrucifixus es pro nobis.* Sequenti Dominica cum idem in Magna Ecclesia tentassent, ingens est orta seditio. Anastasius instructa sycorum manu, cujus princeps erat Severus, Macedonium oppugnare instituit. Sed Catholicis Monachis, Archimandritis, ac civibus acerrimè resistentibus, ac martyrii tempus adesse vociferantibus, & in Anastasium frementibus, consensu populi territus ille cedendum tempori putavit. Itaque Macedonium, quem se nunquam visurum juraverat, in Palatium vocavit, ab eoque severè castigatus patienter tulit. Hæc Theophanes. Sed Sidonium conciliabulum biennio post coactum est. Tum quæ de Flaviano, & Eliam tam Theophanes, quam Theodorus Lector in Collect. 11. memorant, suspecta redduntur cum ex Cyrillo in vita S. Sabbæ, tum ex Epistola Monachorum ad Alcisonem, cujus supra meminimus. Ambo enim, atque imprimis Elias in fide constantes fuerunt.

Aurelianus prima Synodus à Francis Chlodovei jussu celebrata, in qua multa ad Ecclesiæ utilitatem instituta sunt. Hincmarus. Sigebertus.

Haud multo post Chlodoveus Parisiis obiit annos natus xiv. cum regnasset xxx. & sepultus est in æde SS. Apostolorum Petri & Pauli, quam ipse construxerat. Gregor. Turon. in calce lib. 111.

Successerunt ejus filii iv. Theodoricus, Chlodomirus, Childbertus, Chlotarius: qui regnum inter se partiti sunt. Theodoricus sedem regni fortitus est Metis: Chlodomirus Aurelianis: Chlotarius Suesionis: Childbertus Parisiis. Aimoinus lib. 11. cap. 1.

Porro cum Chlodovei initium, uti lib. xi. dictum est, haud penitus exploratum sit, non minùs probabiliter in annum sequentem rejici, quàm hoc ipso consignari potuit.

Ab hoc anno regnum in Hispania Theodoricæ computari cœpit: ut Isidorus in Chronico refert. Vide annum Christi dxxvi.

Secundinus. Symmachi Felix. 14.

Anastasius Imper. Macedonium Constantinopolitanum Episcopum fraude circumvenit. Nam ab eo fidei professionem extorsit, in qua Nicæni dumtaxat, & Constantinopolitani Concilii fidem professus est, Ephesini, & Chalcedonensis ommissa mentione. Quamquam Nestorium, & Eutychem damnavit. Sed & duos filios, duosque Christos; ut & naturas duas asseverantibus anathema dixit. Ideo Monachi ab ejus communione separati sunt. donec illis Chalcedonensis Synodi probatione satisfecit. Anastasius interim graviter ferens, quòd fidei suæ confessionem, quam Euphémio quondam, cum in Imperatorem consecrandus esset, scripto tradiderat, & is Macedonio sacrorum vasorum custodi commiserat; ab eodem Macedonio Euphemii successore recipere non posset, per Celerem Magistrum Officiorum detrusum hunc Episcopatum in Euchaita relegavit, Ariadna id ob amorem Macedonii, ægrè ferente. Pulso Macedonio Anastasius authentica Synodi Chalcedonensis Acta, quæ Macedonius in altari obsignata condiderat, furtim per Calopodium Eunuchum surrepta in potestatem habuit. In locum verò Macedonii Timotheus presbyter, & vasorum custos ordinatur. qui statim imagines Macedonii disjecit. tum Nicænum symbolum per singulas synaxes pronuciari fecit: ut tacitè Macedonium notaret, quasi minimè illud reciperet. cum hæcenus semel quotannis in sancta Parasceve diceretur; quo tempore catechesin Episcopus instituebat. Theodorus Lector Collect. 11. Marcellinus. Evagrius 111. cap. xxxi. Theophanes.

Eodem anno, sed Indiæ v. contigerunt, quæ Marcellinus refert. Die, inquit, dominico, dum jubente Anastasio Casare, per Marinum, & Platonem in Ecclesiæ pulpito consistentes in hymnum Trinitatis Deipassionum quaternitas additur, multi Orthodoxorum pristina

Imp. Rom.	Olymp.	Urbis cond.	Era Nab.
21	111	1264	1259